

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[e] Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De actio. empt. & uendi. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Pauli de Castro Prima super Codice.

¶ An dolus. An dolus probetur per extrinsec. vide in l. dolum. C. de dolo. Pau. de ca. in l. interpositas. in j. co. C. de tran.

vendidi pro mille aureis: & dixi quod continebat centum campos, & postea non fuerunt tot reperti. Responde quod debet diminui de pretio pro rata. ff. de act. empt. l. si seruum. §. si modus. Sed quid si fuerint reperti plures, an augebitur pretium, videtur quod sic eadem ratione. tex. videtur in l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. fa. cit. l. si venditor. in prin. de actio. empt. & l. pe. §. si. Quidam vero dixerunt quod non teneor tibi tradere nisi centum campos: & illud quod plus reperitur possum retinere, si nolo tradere per illud §. si. de hoc vide in additio. Spec. de emptio. & vendi. §. sciendum. in si. ubi distinguit qualiter verba venditionis fuerint concepta: an inceperint a mensura. vt vendo tibi centum campos terras in tali loco, & non teneor illud dare quod est plus. an inceperint a re: vt vendo tibi fundum centum camporum, qui est in tali loco. & sic totum venit: quia illa verba centum camporum ponuntur causa demonstrationis: quare licet non reperiantur vera non habent vitare. videtur tamen quod pretium debet augeri per illum textum nota. in l. qui fundum. §. qui agrum, sicut deberet diminui si non reperiretur integra mensura. vt in d. l. si seruum. §. si modus.

¶ Periculum contingens post venditionem perfectam, quando pertineat ad venditorem, non ex causa de preterito.

¶ Dolus venditoris, an noceat emptori: ut non possit usucapere, vel prescribere?

LEX

III.

Dolum. Dicit hic. Bald. secundum Nico. de ma. quod ista lex, per ea quae hic glossantur non potest intelligi. tu dic, quod valde bene potest intelligi. & limita totum titulum. ¶ Et est singularis limitatio: vt tunc periculum contingens post venditionem perfectam, non ex causa de preterito, pertineat ad emptorem: quando venditor non fuit in dolo, quia ignorabat ipsum periculum euenturum: sed si fuit in dolo, & sciebat ipsum euenire debere: quia sciebat qualitatem vini sui: quia non consuevit durare: & non admonuit emptorem: pertinet ad venditorem: non ad emptorem. quod videtur verum: etiam si contingat post traditionem: propter naturam contractus bonae fidei, quia non debebat subterfugere quod sciebat. vt in l. j. §. j. ff. de act. empt. & l. quæro. & hoc vult ista. l. secundum primum exemplum gloss. Item si in facto ipsius venditoris accederet: vt in secundo exemplo, & hoc siue affirmauit duraturum, quo casu non est dubium. vt. l. Julia. post princip. ff. de actio. empti. nam tunc etiam si ignorabat vitium, tenetur: quia non debuit esse facilis ad firmandum quod ignorabat, siue non affirmauit sed ignorabat. sed quid si dixi nolo teneri? non sufficit. postquam sciebat, quia videtur mala fide hæc dixisse, & mala fide versatur. vt dicta. l. j. §. j. & l. quæro, & ita debet exemplificari vt faciat ad titu. ¶ Sed extra materiam titul. si queritur an dolus venditoris noceat emptori, vt non possit usucapere, vel prescribere. Respondetur quod aut res erat affecta vitio reali, quia furtiua, vel vi possessa, & nocet: vt in gloss. Aut non erat affecta, tamen venditor sciebat rem alienam: & erat res immobilis, in qua vendenda non committitur furtum, & olim mala fides venditoris non nocebat emptori. vt. l. prima. j. de prescriptio. long. tempor. hodie per authenti. malæ fidei. ibi positam, secus: quia facit, vt requiratur maius tempus ad prescribendum.

LEX

IIII.

¶ Vm inter. Istae tres leges dicunt, quod dicit. l. j. §. co. & declarant vt post perfectam venditionem, periculum pertineat ad emptorem etiam ante traditionem rei: si venditio est celebrata siue scriptis, & pure: & periculum non eueniat ex preterito vitio. hoc dicunt istae leges.

De actio. empt. & vendi.

Rubrica.

¶ Vendita re si non fuit habita fides de pretio, & emptor non soluat non transfertur dominium: & competit venditori rei vendi.

¶ Conditio ob causam non durat in contractibus nominatis.

¶ Emptor si non posset soluere pretium: nec haberet aliam rem, quod posset venditor facere se mitti in possessionem, & tenentam rei venditæ pro debito pretij: non quod eam repetat per rei vend. vel condi. ob causam si translatus est dominium. & n. i. Si sunt alij creditores qui uolunt concurrere in illa re, an venditor praefertur.

LEX

I.



Duersus eum. Contra emptorem non soluentem pretium, vel

non perfecte implentem contrarium datur venditori actio personalis ex vendito, non autem datur rei vendicatio ad rem venditam & traditam. hoc dicit: quia si translatus fuerat dominium, si fides fuerat habita de pretio: alias, bene competeret rei vendicatio. vt in gloss. de rerum diu. §. venditæ. sed nec competit conditio ob causam: quasi causa non secuta, quia non datur in contractibus nominatis: cum cõpetat ad rescindendum contractum & contractus nominati non rescinduntur propter defectum cause sed agitur vt causa impleatur. vt. §. de rei vendica. l. inciusile. sed nec actio ex vendito vel emptio regulariter datur ad rescindendum contractum. vt. j. eo. l. venditi. quam iunge cum ista opi. cum emptor (si res non tradatur) repetit pretium solutum. vt. j. eo. l. si licet. in si. & eodem modo venditor si pretium non soluatur debet posse repetere rem. Sed emptor non repetit pretium tanquam pretij, sed agit ad interesse: si res non tradatur vt infra. eo. l. si traditio. sub quo interesse vendit pretium solutum. ¶ Et eodem modo si emptor non posset soluere pretium nec haberet aliam rem posset venditor facere se mitti in tenentam & possessionem rei venditæ pro debito pretij, non quod eam repetat per rei vendica. vel condictionem ob causam. Sed pone quod sunt alij creditores, qui volunt concurrere in illa re: an venditor praefertur? & sic non transulissent dominium, quia non fuisset habita fides de pretio, non esset dubium, quod praefertur, sed si est translatus, & sic est itum in creditu, videtur quod omnes concurrant, per tex. in l. procuratoris. §. si plures. vt. plur. n. v. §. in finem. ff. de trib. sed in contrariu: quia res vendita iure pignoris videtur posse retineri pro pretio: vt no. ff. eo. l. Jul. §. alio. ri. sed antequam tradatur cum sit venditoris non est propter pignus quod in re sua non cadit. vt. l. nec. pignus. de re. iur. cum vero traditur dominium transfertur, videtur quod pignus reconoscitur. & ideo venditor videtur praefertendus alijs creditoribus chirographarijs. Iste casus potest esse quotidianus in aliquo mercatore, qui post emptionem mercium fessit & tamen nondum soluisset pretium: vtrum venditores earum praefertantur alijs de isto articulo vide quod no. Bal. in l. si circa. si. §. commo. & quod idem Bal. & Ang. no. in l. si cum dotem. §. si. ff. solu. matri. qui videntur concurrere quod si statim post emptionem fessit, venditores praefertantur. quasi videantur tradidisse sub spe habendi pretium incontinenti: & sic dominium non sit omnino translatus. & adde quod idem Bal. no. supra depositi. l. si.

LEX

II.



Venditi. Venditori datur actio ex vendito ad pretium nondum solutum: vel in falsum debitum per errorem compensatum: & etiam ad fructuum restitutionem, quos emptor indebitè occupauit. h. d. Bal.

LEX

III.



Exarrhali. Ex solo pacto non datur rei vendicatio: sed actio personalis. h. d. secundum communem lectionem glo. quæ legat illam legem pluribus modis: & qualibet lectione potest esse bona doct. tamen tenent tertiam in versic. [vel dic tertio] quod propter traditionem arrharum dominium rei venditæ non transfertur emptorem sine traditione: sicut nec per solutionem pretij: quia nudis pactis dominia rerum non acquiruntur: sed traditione & usucapionibus: vt in l. traditionibus. §. de pac. Vel dic dominium rei datæ pro arrha non fuit translatus in venditorem: & sic perfecta venditione & soluto pretio bene potest per eas res vendicare. tamen ista rei vendicatio non oritur ex contractu arrharum: sed ex dominio, quod est penes emptorem: ex illo autem pacto datur actio personalis. vt in gloss. quæ allegat l. contractus. §. de fide instru. Est enim contractus per le legatus a venditione: tamen accessorius ad eam.

¶ Venditor an possit precise compelli ad traditionem rei venditæ?

LEX

IIII.



Sitraditio. Contra venditorem non traditur rem, datur actio personalis ex emptio ad interesse. hoc dicit. & super ista l. cadit plures questiones, quæ formantur per gloss. in l. j. in principi. ff. eo.

et quia Bald. prosequitur hic. sed sufficit vnam referre. videlicet an venditor possit precise compelli ad traditionem reuendite. Mar. tenet qd sic. sed gl. inducit hac. l. contra est: quia videtur qd agitur ad interesset. Itē ratio inducitur: quia in obligationibus facti post morā succedit obligatio ad interesset: nec potest agi precise ad factū. l. stipulationes nō diuiduntur. §. Cellus. de verb. oblig. & l. si quis ab alio de re iudi. nisi in casu speciali propter publicā utilitatē. vt in scrip. ptore qd se obligauit ad scribendū. vt no. in l. stipulatio. §. siue. de op. no. nun. ff. & quando obligatio descendit ex vltima voluntate. l. si de iud. missa. §. si. de leg. iij. & quando obligatio iudicialis. vt in l. sed & h. §. defendere. cū ibi no. ff. de procu. sed venditor obligatur ad factū. l. ad tradendū rem. & promittendū de euic. vt in l. ff. de rer. permuta. nō aut ad dādū. l. dominiū trāferendum: licet emptor (qui tenetur in genere ad pretiū) bene sit obligatus ad dādū. vt hac habentur in l. emptio. in princ. ff. eo. tit. constat autē rem tradī consistere in facto. vt l. si rem tradī. de ver. oblig. ff. cōtra tamē opt. est quam gl. insti. de cōtrahe. emp. §. pretiū ponit qd si venditor habet facultatē rei tradēdā. possit precise compelli ad tradēdū. nam potest sibi auferri res manu militari. vt in l. qui restituere. in ff. de rei vend. qd dicit hoc posse fieri non solum in actionibus realibus cōpetentibus ad aliquam speciē certam: nec obstant allegata in cōtrariū. quia obligatio rem tradī licet sit meri facti. quando descendit ex cōtractu stricti iuris. vt in d. l. si rem tradī. & etiā quādo est bonae fidei. si nō ordinatur ad dñi trāsfationem: vt in actione ex locato. quādo aut ad hoc ordinatur. non dicit cōtinere merū factū: sed cōtinere etiā dationē. quod ex eo patet. quia ex tali traditione transfertur dominiū cōsecutiue si erat penes tradentē: licet ad hoc nō esset obligatus. qd tamē nō est in casibus precedentibus: quia nō transfertur. etiā si sit penes tradentē. unde quia talis obligatio descendens ex tali cōtractu habet mixtam causam: scilicet facti & donationis. seruatur media via: vt si debitor habet facultatem tradendi: precise possit cogi. & cōpelli ad tradendum: si non habet. agitur ad interesset. ita debet intelligi hic. l. i. in princ. ff. eo. d. & hoc etiam tenent Canonistae. in eum Ioannes. de fide instr. & vide hic per Bal.

¶ Si venditor non tradat rem. cū tamen emptor tradidisset pretium. an emptor possit repetere pretium & usuras quas soluit ei a quo mutuo pretium recepit. quod sic. Emptor si non soluit pretium. an usurae veniant a tempore traditionis. an cōtractus. & quid in fructibus. & quid si erat res ex qua non percipiebantur fructus & nu. l.

L E X V.

Vrabit. ¶ A tempore traditionis rei venditae emptor qui pretium non soluit tenet ad vsu fructus pretij. h. d. etiam si alio modo non sit in mora: quia non fuit interpellatus vt solueret pretium: tamen dicitur in quali mora. postquam contractus sibi fuit impletus. vt no. ff. de viu. l. euic. §. si. in gl. potest etiam esse in vera mora etiam traditione nō facta: si venditor obtulit rē. & petijt pretiū: & emptor nō habet recipere. nec pretium soluere: & sic vsuræ veniunt a tempore morae. ita loquitur. l. fructus in ff. j. eo. & dicit vt dixi. s. de vsu. l. ij. ¶ In text. ibi. [fructus percipit.] Idē si nullos percipit. quia erat res ex qua nō percipiebantur fructus sufficit enim qd fuerit tradita: & sic contractus fuit sibi impletus. & in potestate emptoris fuit de illa facere quod volebat. Sed quæro. & ista quæstio cadit in l. prece. si venditor nō tradat rem. cū tamen emptor tradidisset pretium: an possit emptor repetere pretiū & vsuras quas soluit ei a quo mutuo pretium recepit. dicit quod sic. & est casus qui non est alibi secundum Bal. ff. eo. l. Lucius titius. in ff. ¶ Nunc pro declaratione glos. op. qd vsuræ non veniant solū a tempore traditionis. sed a tempore cōtractus. Nā a dicto tempore fructus percepti etiā per venditorem pertinent ad emptorē. vt. j. e. l. fructus. ergo sicut ad eum pertinet commodum fructuū. ita debet pertinere onus vsurarum. arg. huius. l. quæ facit vim in perceptione fructuū: Tūmore huius quidā dixerunt quos refert gl. j. qd illa lex loquitur qn ipse emptor percipit fructus. & tunc a tempore traditionis. l. qn venditur: & sic a tempore vditionis. gl. nō approbat hunc modum loquendi: sed dicit qd si nō erat facta traditio: & sic per venditorem fructus erant percepti. est in electione emptoris petere fructus. per illam. l. fructus. & si hoc facit. extrinsecus tenetur soluere vsuras. vel fructus nō petere: quia forte pauci sunt. & tunc ex quo traditio nō erat facta. nō tenebitur ad vsuras: supple etiā si venditor ei offerat fructus quos percipit. quia nō tenetur emptor eos recipere: ne ad vsuras teneatur. Sit ergo cautus venditor. qd offerat

rat statim rem. & petat pretium. si videt emptorem non esse paratum soluere. pretium: tunc cōstituatur ei in vera mora: & faciat eū teneri ad vsuras. & si postea venditor aliquos fructus percipit. & vult petere pretium cū vsuris. debet offerre rem. & etiam illos fructus. sed si non obtulisset. nec ipsum in vera mora constituitur. nō posset postea offerre fructus petere vsuras. ita intellige & declara illam gl. & ista sunt no. quia etiā hodie de iure canonico tales vsuræ sunt licite secundum gl. quia veniunt potius vt interesset. quā vt vsurę. vt etiam no. in d. l. ij. s. de vsuris.

L E X VI.

Venditi. ¶ Actio ex vendito nō datur ad resolutionem cōtractus: nisi fuerit actum inter partes de resolutione. si ergo fuit appositum pactum legis commissoriae. vel adiectionis in diem. quæ tendunt ad resoluendum. bene. & sic daretur actio ex vendito ad repetitionem rei venditæ & traditæ. vt in gl.

L E X VII.

Si seruos. ¶ Non liberatur emptor a solutione pretij. si tradat venditori pecuniam propriā ipsius venditoris. h. d. Concordat. l. j. s. si seruos extero. & gl. dicit hoc verū si venditor recepit ignorāter: secus si sciēter. per. l. j. §. elegāter. ff. de positi. qd no. de hoc etiam tēgitur in d. l. j. in gl. super verbo ignorante. in prima expositione. s. si ser. extero. quā tamē declara per istam gl. & per l. allegatam in ea.

¶ Emptor si possit rem uendicare tanquā dominus. per solutionem tributorum & publicarum functionum. non posset repellī per exceptionem pretij non soluti.

¶ AEstimum non probat dominium. nec possessionem. Venditor potest conueniri ut tradat rem. & hoc consistit in facto: & transferat uacua possessionem. & hoc consistit in iure.

¶ Emptor si agat ad traditionem rei non solum soluto pretio. sed ex officio potest prouideri ut pretium soluat. & hoc potest duobus modis praticari.

L E X VIII.

Si pater. ¶ Emptor re non tradita non efficitur dominus: etiam si gerat se pro domino soluendo. tributa & publicas functiones pro ea: ideo non potest vendicare: sed debet agere personali actione emptoria. vt inducatur in vacuam possessionem soluto pretio. h. d. Bal. ¶ & aduerte diligenter. quia si posset rem vendicare. quia censetur effectus dominus per solutionem tributorum. & publicarum functionum. non posset repellī per exceptionem pretij non soluti. per. l. si filius. post princ. & per. l. cum fundus. §. seruum tui. ver. quod ad peculiare. ff. si cer. per. sed deberet sibi res restituere: quia non debet retineri inuito domino: & postea posset venditor agere ad pretium. Et idem dico si venditor tradidisset habita fide de pretio. & sic dominium transfuisset. & postea possessio reuerteretur ad venditorem. & venditor ageret reuendicatione non solum soluto pretio. sed si dominium non est translatum. & sic habet necesse agere ex empto: vt res tradatur. potest repellī per exceptionem pretij non soluti. ista fuit intentio huius. l. si subtiliter intelligitur. In text. ibi. [nec induxit in vacuam possessionem.] quod ex eo apparet: quia emptor non probat rem sibi fuisse traditam: licet probet: & ponat quod fuit in aestimo suo per tot annos: & continuē soluit publicas functiones. unde per hoc vult arguere quod presumatur sibi traditio facta: & sic possessio & dominium in eum translaturum. tu autem reperis in possessione rei: & hoc praeualeat: vt presumatur traditio non fuisse facta: alias praeumeretur pro aestimo communis non apparente contrario. vt not. de praedijs nauis. l. in lib. x. & sic debet intelligi gl. solennibus. s. de rei vendi. vt non sufficiat soluere publicas functiones. & sterisse in aestimo ad probationem dominij & possessionis. quando apparet de contrario: quia alius est dominus & possessor. ¶ Not. gloss. hic secundum Bald. aestimum non probare dominium. nec possessionem. quod intellige vt dixi. Item in ver. [et si re.] quod venditor potest conueniri vt tradat rem. & hoc consistit in facto. & transferat vacuam possessionem: & hoc consistit in iure. quia possessio est ius. vt in l. peregre in princ. ff. de acquir. pos. & licet hoc non sit necessarium ad translationem dominij: quia sufficit traditio facti: licet non transferatur

¶ Curabit ad mareriam huius. l. vid. ple. nū cōf. d. mei. d. Bar. Sozi. in cōf. clxxvi. ¶ Probare. Adde de hoc & dicit vt p. Ale. de lmo. in cōf. clxxvi. col. ff. in v. volu. & per dominū meū Sozi. in cōf. lxxxix. col. v. ver. ij. & colum. vñ. ver. confir. matur. Sira.

Pauli de Castro Prima super Codice.

possessio vacua. vt in l. si fundum. ff. de fundo do. cum ibi not. ta men venditor post obligationem ad possessionem vacuam tras ferendam nec est liberatus per simplicem traditionem facti, si non transfuit possessionem vacuam: & si adhuc potest conue niri. vt in l. ij. §. si. cum l. seq. §. i. ff. eo. titu. iunctis his quæ no. in l. 4 cum res. §. de proba. per Cy. & alios. † Vltimò no. in fin. quod si emptor agat ad traditionem rei nondum soluto pretio, iudex ex officio potest prouidere vt pretium soluat. quod potest duo bus modis praticari. Primo vt opposita hac exceptione p ven ditorē, repellat emptorem nisi pretium soluat. Secundò si ven ditor petijt pretium, reconueniendo quod illum condemnet ad pretium. Tertio quod condemnet venditorē ad traditionem rei: dummodo non fiat executio sententiæ nisi soluto pretio per l. iij. §. illud videndum. ff. de fideicom. lib. Tene menti prædi cta. quia ex his redditur ista. l. vtilis & not. licet prima facie vi deatur contrarium.

- 1 Actio quantò minoris fuisse quis emptorū est ciuili.
- 2 Actio quantò minoris res valet est pretoria.
- 3 Si uenditor asseuerauit minus esse omni fideale quā esset: potest etiam emptor agere ad integrum interesse.
- 4 Quid si uenditor ignorauit? et nu. 5.
- 5 Quid si non asseuerauit? et nu. 6.
- 6 Quid si emptor sciebat uerum rei?

LEX

IX.

- 1 **I minor.** † Venditor qui asseuerauit minus esse onus fideale quam esset: siue sciens, si ue ignorans, tenetur emptori ignorantī actione quan to minoris fuisse emptorū si sciisset. sed emptori scienti non tenetur in aliquo. h. d. Ecce casum. In tex. ibi: [capi tatio. l. celsus. † In tex. ibi: [minus daret pretij. †] & ista actio quan to minoris fuisse emptorū est ciuili. sed est quedam alia præ toria. l. quantò minoris res valet: & de illa non loquitur iste text. sed habetur in tit. de ædi. edic. nam potest esse quod non minus valet. & tamen emptor pro tanto emisit. & econuerso potest esse quod non tantum valet: & tamen emptor propter affectionē non minus emisit. & sic habent diuersas naturas. † Sed oppo. q imò emptor possit agere ad integrum interesse: quod potest trā scendere si fortè est in aliquo damnicatus propter hoc menda cium: siue venditor sciuerit, siue ignorauerit, propter temerariā assertionem. vt ff. eod. l. iulia. post princ. Respondeo fateor. & quod hic dicitur suppleri debet per illam. l. & sic potest agere qua actione uult vel quantò minoris, vel ex empto ad interesse.
- 4 quæ sunt actiones diuersæ. Item opp. † quod si venditor ignora uit, non teneatur ad aliquid: sicut quando emptor sciuit. vt in l. si sterilis. §. i. ff. eod. glo. soluit multis modis tene illam in ver. [vel dic, quod est uerius: quod istud contingit hic propter temera riam assertionem: quia non debuit esse facilis ad asseuerandum quod ignorabat. unde propter ignorantiam non excusatur. † Si uerò non asseuerauit, & tunc distinguitur an sciuit, & nō admo uit: & idem. vt teneatur non solum quantò minoris, sed etiam ad omne interesse: an ignorauit. & tunc non teneatur in aliquo. sed contra hoc vltimum quod imò teneatur etiam quādo ignorauit, saltem actione quantò minoris. licet non ad omne interesse ex trinsicum. vt d. l. iul. circa prin. Quidā fatetur hoc. dicētes igno rantem non teneri. In tantum quantum sciēs tenetur. sed omne interesse: sed bene tenetur quantò minoris. Alij uidentur tenere, & hoc sequuntur gl. quod istud procederet in alio qui habet res venditas: & emptor tacuisset ignoranter: sed in hoc qñ est magis grauatus tributis quā emptor crederet, venditor ignorās non tenetur in aliquo. & hoc ideo. qā est quid imputetur emptori cū sciret: vel scire deberet prædium prouinciale fore tributarium, si nō explorauit de quantitate tributi. Itē in alio casu fallit. qñ emit seruū furē, si venditor ignorabat. quia scire debebat emptor q si seruus: ergo fur. cū tales capiferi naturaliter sint fures: qā conan tur furari dominis: etiā si cinerem furentur: vt dicit gl. in d. l. iul. In alijs autē casibus venditor etiam ignorās tenetur saltē quan to minoris: & si dicatur si in dictis duobus casibus, est imputan dum emptori sicut si ipse sciisset: ergo venditor etiā si sciuit vi tium, nō debet teneri. vt in si. huius. l. Respōdetur q plus attēdi tur vera sciētia venditoris quæ constituit ipsum in dolo, quam si etas ciētia emptoris, quæ constituit ipsum in culpa: qā dolus cul pæ præpōderat. vt in l. i. Item si obstetrix in si. ff. ad l. aquil. † Et ex

his recollige tres casus. Nam interdum emptor sciuitium rei. tunc venditor in nullo sibi tenetur occasione dicti viti: inter alia ignorat. & tunc aut venditor etiam ignorat, aut scit. Primo casu aut asserit nō subesse vitium: & tenetur insolidum propter temerariā assertionem. aut nō asserit, & tunc regulariter tenetur quan to minoris. Fallit in duobus casibus in quibus in nihilū tenetur: §. dixi si venditor sciuit & tacuit, tenetur insolidum non solum quāto minoris ad omne interesse etiam extrinsicum. vt d. l. iul. cum ibi plenē no. quæ per prædicta remanent clare expedita.

- 2 Sicut rumpitur fides ueniendo contra conuentum: ita ueniendo contra promissum.
- 3 Venditor qui rem uenditam non tradidit in termino, an possit purgare moram tradi do carnes post terminum?
- 4 Si familia seruorum emptoris mortua est propter defectum carniū, an possit per hoc interesse?

LEX

X.

- 1 **Vm venditorē.** † Si res vendita nō tra ditur in termino, & ap pta. †] No. q. † sicut rumpitur fides ueniendo contra con uenta. vt j. l. proxi. in si. ita non seruando promissa. Quæritur hic. quid si iste venditor uult purgare moram, & dare carnes post ter minum: an debeat audiri, vt euitet condemnationem interesse glo. hic tenet quod nō. per l. Celsus. ff. de arbit. in contrarium qñ habetur ibi in l. prece. quia quando est dies: & non penna, penna hic erat. post diem admittitur purgatio moræ. dummodo debitor offerat interesse. i. faciat quod creditor non remaneat in damno propter moram. So. intellige gl. quando amodò post tempus em ptoris non intererat habere carnes: quia propter moram oportuit ipsum aliunde emere carnes, & tunc amplius carniū non iodi get. unde tenetur venditor pretium restituere conuentum: & ca men ultra quantum plus constiterunt carnes postea emper. sed si sua interesset habere carnes, audiretur offerendo carnes. nec ha buit restituere pretium perceptum: dummodo tamen ultra quan tum carnes aliæ constiterūt. vt ibi. no. † Item quæro. quid si famo lia seruorum emptoris mortua est propter defectum carniū: an poterit peti hoc interesse. i. pretium seruorum? dic q nō: quia inter esse extrinsicū, q nō uenit etiam in cōtractu bonæ fidei. vt l. si. l. i. §. cum per venditorē. ff. eod. sed duntaxat intrinsicum. q consistit in valore rei & uult etiam hoc glo.

LEX

XI.

- 1 **I ancillam.** † Venditor ancillæ post traditio nē pōt eā manumittere: quia nō est amodò tradere. h. d. casus scdm dictum procedit. rati ex uēditione etiā sine traditione fuisse translatū dñum. vt si uen dita fuisse ecclesie. vt §. de sac. san. ec. l. si. Sed op. de l. generaliter ff. qui. & a quib. ubi etiam dominus nō potest manumittere: qñ seruus vel liberta (ubiacebat restitutioni. sed hic erat huiusmodi quia uēditor tenebatur tradere: ergo nō potuit manumittere. So. cōtrariū loquitur qñ subiacet restitutioni ex dispositione uoluntatis: lecus quādo ex dispositione inter uiuos: quæ non est ita fauorabilis. vt in l. in testamentis. de reg. iur. ita intellige gl.

- 2 Venditio uini facta ad mensuram dicitur perfecta ante quam mensuratio fiat, ut degustetur: quantum ad hoc ut augmentum uel diminutio pretij pertineat ad emptorem. et nu. 5.

- 3 Quid de periculo interitus, uel deteriorationis?
- 4 Quid si uinum uenditur in specie, non ad mensuram?
- 5 Quando dicitur uenditio facta ad mensuram?
- 6 Si dico uendo tibi illam negetem uini ad rationem uiginti solidorum pro quolibet falo, an dicatur uenditio facta ad mensuram.

LEX

XII.

- 1 **Icut periculum.** † Si post uenditionē perfectam pretium ui venditæ augeatur: commodum pertinet ad emptorem: & ideo si non tradatur, non solum reperitur pro tium conuentum. sed etiam tantum, quantum hodie plus ualeat. h. d. † Et no. l. nam puto quod habeat locū etiā cum uenditio sit facta ad mensuram: & mensuratio adhuc non erat facta: licet cū uenditio non uideatur perfecta, quantum ad hoc ut periculum interitus uel deteriorationis uini pertineat ad emptorem, quan tum tamen ad augmentū uel diminutionē pretij cētur perfecta vt si pretium postea diminuaturnihilominus emptor tenetur soluere pretij conuentū. & si augeatur, nō tenetur plus soluere quā cōuenit.

conuenit: quia hoc interesse licet vno respectu dicatur intrinsecus, ut dicitur in l. cum venditor. alio respectu, scilicet deteriorationis, vel peremptionis rei, dicitur extrinsecus: ideo quantum ad hoc non attenditur an fuerint venditiones in specie vel ad mensuram. sed ita dicitur perfecta venditio etiam ante mensurationem: vel degustationem per hanc. l. quod tene meum: quia per alium non tangitur. Quantus vero ad periculum interemptionis, vel deteriorationis rei, dicitur in gl. quare vult in effectu quod si venditio fuit facta ad mensuram, ad hoc ut periculum pertineat ad emptorem, requiritur degustatio: & etiam mensuratio. nec sufficeret primus sine secundo: sed eo uerso bene sufficeret. quia cum mensuratur, traditur: & quando est traditum, hoc sufficit sine predictio. quia transfertur dominium & sic periculum est emptoris: ut dicitur in l. j. s. tit. j. Quando vero venditur in specie, non ad mensuram, sufficit sola degustatio absque mensuratione: ut periculum pertineat ad emptorem: & predicta nisi emptor susceperit in se periculum: vel fuerit in mora mensurandi, vel degustandi. quibus casibus indistincte pertinet ad ipsum periculum: licet si non fuit facta traditio, nec degustatio, nec mensuratio. hanc est conclusio gl. licet diuersimodum fuerint opiniones. Item lo. Sed que in Bal. no. quando dicitur venditio facta ad mensuram. pone enim quod dixi videri illam vegetem vini ad rationem. xx. solidorum pro qualibet salma, an dicatur facta ad mensuram: videtur quod sic. quia pretium dinumeratur ex mensuris. Contrarium tenet ipse. quia mensuratio non fit ad substantiam venditionis, sed ad declarationem pretij quod erat certum in rerum natura. scilicet quantum vinum erat in vegete: licet esset incertum quo ad nos: ideo venditio statim fuit perfecta. & idem in re immobili. si dicerem vendo tibi hunc fundum ad rationem. xx. librarum pro quolibet capto, vel iugere: quia non diceretur facta ad mensuram. Sed tunc dicitur ad mensuram facta: si diceretur vendo tibi. x. corbes vel salmas vini ex ista vegete. vel campos centum terrarum ex isto fundo. & tunc ante mensurationem venditio non esset perfecta. Tene menti perpetuo hanc verba. quia declarant infinitas leges. & sine ipsis de facili erraretur. & forte multi dicerent contrarium, quod qualiterque de mensuratione sit facta mentio, dicatur facta ad mensuram. In tex. ibi. [mutati.] i. deteriorati. In tex. ibi. [ita comodum] aucti pretij pertinet: & sic si plus valet hodie vinum, tenetur tradere pro pretio conuenito venditor. In tex. ibi. [si certe.] infertur ex predictis quod etiam si vinum fuit venditum ad mensuram, postea ante quam mensuratur auctum est pretium, tenetur venditor tradere pro eodem pretio conuenito. & nisi tradat, non solum repetitur pretium conuenitum quod erat traditum: sed tantum plus quantum hodie valet. Nec obstat si dicatur venditio non erat perfecta non facta mensuratione: & sic periculum deteriorationis & peremptionis non pertinebat ad emptorem hoc casu: licet secus si non ad mensuram. ut in principio. ergo nec comodum debet ad emptorem pertinere. per regulam que ponitur in principio. quia refertur (ut s. dixi) quod hoc non attenditur quantum ad comodum aucti vel diminuti pretij, sed solum peremptionis vel deteriorationis rei. & tunc distingue ut in glo.

¶ Tractus semper intelliguntur deductis expensis factis in colendo, & recolligendo eos.

L E X XIII.

Ructus. ¶ Perfecto contractu fructus pertinent ad emptorem sicut & onera fiscalia: & emptor tenetur ad vias pretij ex tempore morae. h. d. Primum dictum intellige non solum de fructibus post venditum, satis, & recollectis, sed etiam de fructibus pendentes licet fuerint facti ante venditionem. unde propter hoc forte videtur contrarium. quod non debeant ad emptorem pertinere: sed qui sunt post, imputet sibi venditor cur hanc facit. potuit enim rem tradere, & non serere. quia non tenebatur esse vel factor vel colonus emptoris. ut l. venditor. ff. de hære. vel act. vendi. sed dicitur quod fructus pendentes veniunt: quia per se non considerantur: quia ceterum esse pars fundi. ut l. si. ff. quæ in fraudem credito. ideo veniunt nisi excipiantur. Et quid in pensione coloni, vel inquilini? dicitur ut l. iusta. §. si fructibus. ff. eo. & quod non in l. si. de iure fisci. per Bar. Secundo dictum declara ut dixi in l. curabit. §. eo. In tex. ibi. [conuenit.] resus tamen expensis venditori, quas fecit in colendo, & recolligendo fructus. ut j. eo. l. post perfectam. quia semper fructus intelliguntur deductis talibus impensis. ut l. fructus. ff. solu. mat. & in l. si à domino. §. si. c. l. ff. de pe. hære. nam nullus est casus qui hanc deductionem possit impedire. ut dicitur text. nota.

In l. fundus. la. ij. ff. fa. er.

L E X XIII.

Mptor seruorum.

¶ Nota hic illa ad quam tenetur ille qui vendit seruum: etiam si nil expressè dicat: sed simpliciter vendat. nam poterit postea conueniri ut promittat de omnibus istis de quibus hic: non cum fideiussore, sed simpliciter. & posito quod non promitteret, teneretur de omnibus istis: ad quid ergo requiritur ista repromissio? Respondeo ut clarior sit intentio emptoris postea agentis. ut no. ff. de sol. l. si pupilli. & hic vide l. ex empto. §. fin. cum ibi not. ff. eod. ubi plenius examinatur.

L E X XV.

Vltra modum. ¶ Venditor qui

non fuit in mora, non tenetur ad aliquid ultra sortem. hoc dicit lex ista. & est satis clara.

¶ Ad hoc ut possit agi de euisione, debet emptori res auferri per sententiam iustam, & ex causa que habuit originem ante venditionem: & quid si solum possessio nem amiserit?

¶ Si emptor agendo contra spoliatores succumbit, an tenebitur venditor?

¶ Si venditor promissit emptorem defendere de iure & de facto manu armata contra volentem spoliare: an in tali casu teneatur emptor?

L E X XVII.

Expulsos. ¶ Si res auferatur

emptori ex causa que non habuit originem ante venditionem, & de facto potius

quam de iure, non tenetur de euic. venditor. h. d. & semper allegatur. & hoc duplici

ratione. ¶ Primo. quia ad hoc ut possit agi de euic. debet emptori res auferri per sententiam. ut colligitur ex l. viij. ff. de re iud. sed

hic non per sententiam, sed de facto fuit ablata per spoliacionem. Secundo. quia quando auferatur per sententiam, requiritur quod sententia sit iusta: & si est iniusta, venditor non tenetur. quia potius dicitur casus fortuitus,

de quo venditor non tenetur. ut l. si per imprudentiam. ff. de euic. sed hic iniuste fuit ablata: etiam si spoliator esset dominus: quia propria auctoritate non debuit sibi ius dicere. ut in l. nullus. §. de iudic. Est & tertia ratio: quia debet auferri ex causa que habuit originem ante venditionem. ut in l. j. s. tit. j. sed hic non sic. In tex. ibi. [quem habere ius in eo negatis.] supple maxime: nam idem si haberet ius: quia debuit ipsum iudicialiter prosequi: & per sententiam rem aduocare. & tunc etiam si solum possessionem aduocasset venditor, teneretur. ut in l. ratio. §. j. ff. eo. In fi. l. ibi. [experientia esse perspicitis.] supple contra spoliatores: non contra venditorem. ¶ Sed pone quod agendo contra spoliatores succumbit. an tenebitur venditor? dicitur quod aut egit interdicto recuperanda, & non tenetur: quia in hoc non habet causam venditor: aut egit rei vendicatione: & tunc tenetur: ut in l. euic. §. j. de euic. quod tenet hic gl. si. in fi. & sic actio de euic. competit non solum si emptor succumbat se defendendo ab euicente: sed etiam si agendo contra euicentem. ut in illa. l. q. tamen intellige sanè si venditorem requisitum ut ipsum suauet agendo & obtinendo, alias secus. per l. j. s. tit. j. Item si succubuit in rei vendi. & in publiciana: & sic est omnino exclusus à proprietate: sed si egisset rei vendi. tantum, & succubisset, superesset sibi publiciana. ideo non ageret quousque in publiciana succubisset. ut l. si minor. §. si seruus. ff. de euic. ¶ Sed pone quod venditor promissit emptorem defendere de iure & de facto, an teneatur defendere manu armata contra volentem spoliare? dicitur doct. quod non: cum non sit de natura contractus. ut j. eadem. l. & istud verbum potest intelligi civiliter, & secundum naturam contractus videlicet in iudicio. non solum de iure producendo iura sua. sed etiam de facto suscipiendo in se iudiciu suis sumptibus & expensis.

¶ Ad mensuram. Ad de hic quæ notauit ad l. j. de peric. & conmo. rei ven. & in l. j. §. eo. titu.

¶ Fortuitus. Quid sit casus fortuitus. ut de gl. insti. de re. diu. in s. thesauros Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pig. ac. Car. zab. in c. j. in. xij. q. de cõmo. & qualiter probetur casus fortuitus vide glo. in l. ij. in. s. si ad di. ff. de re mili. lac. de Aret. in l. scire oportet. in. s. sufficit. ff. de excu. tur. Bar. in l. j. C. de positi. & an sufficit probare per iuramentu. de quo in c. quia propter. & ele. & in c. cu Bertoldus. de re iudi. & per Archi. in c. j. de dolo. & contra lib. vj. & q. sit differentia inter casu fortuitum, & casum improuifum. vide gl. in l. j. C. ad legem corn. de sic. quam Bal. ibi dicit se nescire alibi: & an iniuria iudicis sit casus fortuitus. vide in c. si. de emp. & ven. Archi. & lo. an. in c. j. de dolo & cõ. l. vj. lo. and. in addi. Spec. de app. in. s. nunc breuiter. An. to. de But. & lo. de Imo. in c. querel. de procu. Bar. in l. conu. macia. in. s. si. ff. de re iudi. Cy. & Bal. in l. fin. C. de i. insti. Bal. in l. qui accusare. C. de eden. Ang. in l. no. exigimus. & est l. ij. ff. si quis cau. Bar. cõ. si. incip. Ex factio. p. ponitur quod ex causa.

¶ Si pater emit liberos. Adde Cy. Bart. & Ang. in d. l. filie licet. C. de colla. Bart. in l. donationes. in §. pater. ff. de do. Raph. cum a. consil. cccxvi. inc. quidam filio student. Alex. de imo. consil. cxiij. incip. circa primam dubitationem. in §. vo. & est consilium duplicati consilij. in §. vol.

hoc enim in facto consistit. nec tenetur venditor ex propria natura contractus hoc facere. sed sufficeret quod assisteret emptori secundum lac. de Are. qui hoc tenet in l. dñi. de dam. infec. per l. si parentes. j. de euic. sed si promissit modo predicto, verba illa videntur hoc importare. notarij tamē dicunt communiter in instrumentis quod venditor teneatur in se item suscipere suis sumptibus & expensis. Potest etiā illud verbum intelligi alio modo secundū Bar. ut teneatur defendere de iure & de facto. i. quod non feratur sententia iniusta: & si feratur, vult teneri: & sic renūciare legi super imprudentia. quod fieri potest. ita videtur no. Bar. in l. stipulatio illa. de ver. obl. Bal. hic hoc ultimum improbat: quia sententia iniusta æquiparatur casui fortuito: ad quem non censetur se obligare per verba generalia: sed requirit specialis mentio. iuxta not. in l. sed & si quis. §. questitū. ff. si quis cau. Item Bar. dicit hæc vera. nisi obligatio quæ sit de facto, haberet originem ex persona venditoris. ut quia per inimicum eius arg. in l. si merces. §. culpe. ff. loca. sed Bal. hoc limitat. si inimicitia suberat tempore venditionis: secus si superueniat: quia de casu aduentitio non censetur cogitatum &c. hoc vide per Bal.

Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit. Rubrica.

¶ Rubrica ista continet tres partes. Prima est. qñ quis emit alteri, seu pro altero. i. dicere nomine alterius: & ad illius utilitatē, non suam reuera. licet soluat pretium de pecunia sua. quo casu queritur illi dominium per traditionē: & de ista prima parte loquuntur tres primæ leges. intelligendo primam legē quod maritus emit nomine uxoris. gl. tamē non sic intelligitur sed q ipsamet uxor emit pro se, de pecunia tamen viri: & uterq intellectus est bonus. de ista etiam parte loquitur. l. cum per eos. Secunda pars quādo quis reuera emit sibi: & ad suam utilitatē: simulatē tamen facit apponi nomen alterius in instrumento, fingēdo se emere nomine illius. quo casu inspicitur veritas, & non fictio: & sic dominium querit sibi, & non illi: & nomen illius censetur accommodatū in instrumento sine aliquo effectu. & de ista parte loquitur l. iij. & v. & etiam l. multum. In secundo casu qui ponitur in ver. [quod siquidē emisti.] Tertia pars est quādo qis emit sibi & suo nomine, & nō sub nomine alterius, soluit tamen pretiū de pecunia alterius, vel illo inficso: vel sciente, seu pecuniā subministratē. & de ista parte loquitur l. j. secundū intellectu gl. & etia l. multū. in primo casu in ver. nam siquidem uxor tua. & l. qui aliena. cum l. si. & ista multum conferunt ad utilitatem harum legum. in quibus subesse videtur quædam consilio.

1. Maritus si emit nomine uxoris, & soluat pecuniam de suo, an videatur donare?
2. Si pater emit liberos pro filio studente, an videatur ei donare?
3. Si mater emit nomine filiorum, an censetur eis donare?
4. Lucrum acquisitum per filium de pecunia paterna, an sit patris?

L E X I.

¶ Intelligendo hanc legē ut dixi. **I**pecunia. q maritus emerit nomine uxoris. hoc dicunt tres leges primæ. Cum qis emit rem nomine alterius: soluit tñ pretiū de pecunia sua: & queritur cui acquiritur dominium: si res fuit tradita illi cuius nomine fuit emptā: vel per venditorē: vel per emptorē, seu de emptoris voluntate acquisita, per illum acquiritur illi dominium: quia ex hoc præsumitur emptā pro illo: & ad illius utilitatem. An autē emēs possit repetere pecuniam quam soluit ab illo pro quo soluit: sub iudice lis est. & consistit in cognitione iudicis: ut si non fuit donata, possit repeti. si verō donata, aliquādo repetitur, aliquādo nō: aliquādo repetitur si donatio non valuit, nec fuit confirmata, sed reuocata. aliquādo non si valuit donatio: hoc dicunt illæ tres primæ leges. & in l. j. ¶ maritus emit nomine uxoris, & soluit pecuniā de suo, an possit repeti. tex. nō declarat. sed dicit si credis posse consequi, age. Breuiter dubium stat in hoc, utrum videatur in dubio donata: dic vt no. j. de don. inter virum & uxorem. l. si filij tui. & eo casu quo videtur donata, si non fuit confirmata: sed potius reuocata, repetitur aliquādo.

quatenus mulier ex ea est effecta locupletior: vt j. eo. l. mulier. ver. nam siquidem. Interdum insolidum. vt in l. quod d. autem. j. ff. de do. inter virum & vxor. quod dic vt in l. multum. in §. iij. In. §. l. pater emit nomine filiorum, & fecit sibi patri tradi: postea emancipauit filios, & eisdem tradidit. vel passus est q illius seisionē acciperent: ex hoc videtur emisse pro illis, & ad illorum utilitatem: & sic eis acquiritur dominium: de pretio autē quod ris sit. nihil dicit: an possit ab illis repeti? dic q non. quia in dubio inter ascendentes & descendentes præsumitur animus donandi. in l. Publia. ff. de positi. & no. Bal. in l. quæ dotis. ff. solu. mut. non est ergo donatio rei emptæ: sed donatio pretij. ¶ & istam legem Barto. alibi allegat ad q. illam qua queritur si pater emit liberos pro filio studente, an videatur ei donare per hanc. l. si tradidit. de non emit: secus quia videtur in peculium profectitium concessisse. vt in l. si. de pecu. leg. vt ipse no. §. fa. er. l. filie cuius. vbi gl. tangit. & l. si donatione. j. de col. & si filius est doctor, vel postea doctor efficitur: statim confirmatur donatio: quia transit in potestatem quasi castrense. idem si filium emancipauit: vt in l. donationes. §. pater. ff. de dona. alleg. non confirmatur nisi patre præsentante. vt in l. iij. s. de inoffi. dona. In l. iij. mater emerit nomine filiorum, & illis fuit tradita possessio. vnde illis acquiritur dominium: & potest non potest repeti: quia censetur donata. & donatio statim valuit: quia non habebat filium in potestate. ita intelligo istam legem. ¶ In glo. dicit per istas leges non esse verum illud quod not. glo. in l. cum oportet. j. de bonis quæ lib. quod lucrum acquisitum per filium in potestate de pecunia paterna sit patris: sicut nec emptā per filium, vel eius nomine, non est patris: sed filij. sed in uia pace sua. licet emens rem de pecunia aliena efficiatur dominus quando extraneus: & non ille cuius est pecunia: si tamen est in potestate illius. cum iura vetera non sint correctā in predictis, sed solum in aduentitijs. & de iure veteri ratione patris potestatis quicquid acquirerebat filius, acquirerebat patri. & si non acquiritur ex pecunia paterna: & sic profectitia in dispositione iurum antiquorum. vt tale lucrum sit patris ratione patris potestatis: etiam illo inuito. quia pecunia erat paterna. alias si deheret per matrem, verum esset quod ipse dicit in multis iuribus dicentibus quod res emptā per me de pecunia aliena est mea, & non illius. vt §. de rei vendi. l. si ea. Bart. tamen tenuit quod medietas huius sit patris ratione suæ pecuniæ. & ratione supra dicta. alia medietas sit filij: propter eius labores. qui sunt aduentitij. non profectitij. & in dubio medietas lucri appropriatur pecuniæ, & alia medietas industriæ, vel operæ. vt in l. si non fuerint. in prin. cum in no. ff. pro socio.

¶ Quod procedat iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos affino tamen absque eo quod dicat vel specificet qui, & quales, & quomodo fuerint re. ad. ff. l. iij.

Vamuis. ¶ Cum quis emit alieno nomine, de pecunia tamen sua, si res fuit tradita illi cuius nomine fuit emptā: & non illi cuius nomine fuit emptā: dominium acquiritur sibi, & non illi, quia censetur esse emptā pro se: & ad suam utilitatem. & nomen illius fictitū fuisse: apponitur in instrumento: & sic accommodatio potius facta est ad ministerium. h. d. illa lex. cum sequenti. & in illa prima cuncta apponi nomen socrus suæ, & dixit se emere nomine filius. l. si seq. fecit apponi nomē uxoris. tamen in utraq traditio fuit facta ipsi emēt. & sic loquitur de secūda parte rubr. qua censetur emit se sibi: licet emerit sub alterius nomine. Differūt ergo à præcedentibus legibus: quia in illis traditio fuit facta illi cuius nomine fuit emptā: & sic pro eo erant duo. i. emptio facta suo nomine: traditio possessionis pro emente non erat nisi vnum, quia locoratur de pecunia sua. & duo prævalent vni. arg. in l. re cōmuni. de legat. iij. sed hic pro ipso emente erāt duo: quia soluerat de pecunia sua: & quia sibi fuit tradita possessio. & remāserat potestas emendi: nam si postea transfuisset in alterum, cuius nomine potestatum esset quātum si sibi fuisset tradita à venditorē. vt patet in l. iij. supra eod. ista. l. cum text. in si. allegatur per doctō. ¶ Quod procedat iste libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos affino tamen absque eo quod dicat vel specificet qui, & quales, & quomodo fuerint re. ad. ff. l. iij. puta de vino tantum, & de frumento &c. Et quia petuntur accessorie. vnde non requiritur tanta specificatio sed si peterentur simpliciter, deberēt singulariter specificari. in l. iij. §. armamenta. ff. de rei ven. vide hic Bal. qui tangit q.